Q. K. 408, 30.

II n 8569

ILLVSTRISSIMO COMITI

FRIDERICO LVDOVICO A MOLTKE

NATALEM DECIMVM SEPTIMVM

A. D. XXVII. MARTII CIↃIↃCCLXI

LIPSIAE CELEBRANTI

S

MVSAE LIPSIENSES

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189522534-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189522534-12

Aduentantem Te, Illuſtriſſime Comes, e Dania non ſine ſumma voluptate ſuperiori anno excepimus. Honorifica nobis erat fiducia Patris Tui, viri ſummi, de quo nemo eſt, quin dicat, eumdem non Fortunae caecae impetu ad iſtud venerandum Optimi Regis latus adpulſum, ſed Virtutis auctoritate collocatum fuiſſe. Laetabamur, credi nobis primarii viri et prudentis filium; haberique hunc honorem hac belli tempeſtate, qua alii patres nimis forte meticuloſi filios abire aut diſcedere a nobis iubeant, quamuis nos, Marte a litteris non omnino alieno vſae, nihil a ſuperiori ratione diſceſſimus. Sed magis profecto laetatae ſumus, poſtquam Te, Illuſtriſſime Comes

Comes, ingeniumque Tuum et diſcendi cupiditatem coniunctam cum ceteris boni animi virtutibus, perſpeximus. Ea Vrbem Diſciplinamque noſtram laudis apud Danos Tuos iubet ſpes inchoare longas; Ea Te aliquando iura reddentem ſollicitis partibus, iuſti et aequi vindicem monſtrat; Ea Te nobis optabilem probat Erneſtii Gellertorumque alumnum; Ea Te, reducem in Daniam, Crameri vota ſuperantem praeſtet aduenam. Ergo hac die Tibi natali conuenimus, tam, vt Tibi eius gratulemur felicitatem, quam vt Te obteſtemur vehementer, velis per totam vitam hanc rationem et ſalutarem Tibi, et honorificam nobis, tenere. Nulla ſic vacua dies laude Tua erit, nulla recte factorum conſcientia, nulla per hanc verae expers felicitatis. Sic vale! et auctis virtutum Tuarum praemiis, noſtram retine non omnino iniucundam memoriam. Iterumque vale! Scripſimus a. D. XXVII Martii CIↃDCCLXI.

X 3686412
VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189522534-12

Q. K. 408, 30.

II n 8569

ILLVSTRISSIMO COMITI

FRIDERICO LVDOVICO

A

NATALEM

A. D.

LIPS

MVSA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189522534-12